



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Thomæ Młodzianowski, Poloni, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Deo, Angelis Et Actibus Humanis

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae, 1682

Punctum Diff. 3. Solvuntur aliæ Auctoritates S. Thomæ & Scripturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82949](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82949)

esse non possumus; sed non admiserunt donum, per quod non nisi perseverantes simus; hoc autem donum quo non nisi perseverantes simus, admittunt Thomistae tanquam prædeterminativum. Trident: autem, & Aug. supra citatus, admittunt hoc donum, quo non nisi perseverantes simus; abjicere tamen illud possemus, licet non simus unquam abjecturi, seligente Deo auxilium cum quo prævidet nos operaturos. Semi-Pelagiani autem censuebant, nullum tale auxilium dari, quod nos faciat non nisi perseverantes.

§. Locus est ex Prædestinatione SS. c. 9. ubi hoc propositio Præscientia præcedit propositum, seu prædestinationem, censetur esse propositio Semi-Pelagiana, hoc est per Salmanticenses ipsissima nostra: Jam autem quod propositum præcedat præscientiam, est propositio Aug. & cum allegaretur contra Aug. quod contra Porphyrium docuerit Christum apparuisse, quando debebat credituros in se, subdit Aug. *Cernitis me sine præjudicio latentis consilii &c. dicere voluisse, quod convincenda Paganorum infidelitati sufficere videbatur: quid enim verius? quam præscisse Christum D. qui, & quando, & quibus in locis in eum fuerant credituri: Sed utrum prædicato sibi Christo à se habebant fidei? an Deo donante sumpturi? id est, utrum tantum eos præscierit? an etiam prædestinaverit Deus? querere ac discutere tum necessarium non putavi.*

RESPONDETUR. Cum ipse Aug. se expleret, quod nomine præscientiæ veniat fides ab illis et ipsis habenda; nomine autem propositi & prædestinationis fides à Deo danda, sequitur, quod negat præscientiam bonorum naturalium præcedere prædestinationem, quod & nos negamus. Nomine autem latentis consilii non intellexit decretum prædeterminans Thomistæ, sed intellexit gratiam prædestinationis, contra Semi-Pelagianos. Rursus nomine latentis consilii, veniebat selectio auxiliorum potius efficacium, prædefficientibus, quæ selectio est admirabile latens consilium Dei, ut colligitur ex Aug. ex Enchir. c. 95. *Tunc, inquit, non debuit quod nunc latet, cur apud quosdam non sunt istæ virtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines penitentiam.* Unde etiam Aug. non retractavit hoc, quod præcognoverit Christus, qui in eum essent credituri, ut docuerat ad Porphyrium, sed repetiit c. 9. l. 1. de Præd. SS. sed tantum retractavit l. 2. c. 9. Retract. quod videbatur dixisse nullos homines in Christum fuisse creaturos, si venisset alio tempore. Hæc ergo tantum duo retractavit. In primis ideo, hoc tempore prædicatum fuisse Evangelium: quia prævidebantur consensuri, quasi si alio tempore prædicatum fuisset, non fuissent homines consensuri. Deinde retractavit, quod motivum, prædictum fuerit Evangelium non illis, sed consensu conditionatus prævisus: nam

similis consensus prævisus est Tyrionum, & tamen illis non prædicatum, rejicitque hoc in Divinam prædestinationem. Hocque solum vult retractasse Augustinum S. Thomas 3. p. q. 1. a. 5. ad 2.

Ad alias Auctoritates S. Doctoris, & Prosperi quas præcipue urget Joan. à S. Thoma explicandas notandum est, quod ut dixi, censuerint illi sub ipso gratiæ adjutorio, ita nos operari, ut ex solis viribus naturæ nostræ propriis, effectum illi gratiæ tribuerent, & non selectioni Divinæ, vel arbitrio gratiæ illâ adjuto. Si autem dicas hæc admisisse Semi-Pelag. in hoc non errant hæretici, sicut citavimus supra locum, qui incipit: *Si enim merita nostra &c.* cum hoc tamen stat, ut in hoc errarint, quia prævisa merita conditionata, etiam gratiosa, docuerant esse motivum, cur his potius detur gratia efficax, non illis.

Punctum Difficultatis

3.

Solvuntur aliæ Auctoritates S. Thomæ &c. Scripturæ.

DE mente S. Thomæ commodè præfatur Fastolus q. 14. num. 342. non habemus locum expressum, in quo S. Thom. scripserit Deum scire futura conditionata libera ante decretum; hæc Adversarii habent locum in quo expressè dixerit scire post decretum. Nos pro nobis citavimus supra Auctor: Faciunt idem & Thomistæ. Ea quæ petitur ex divisione scientiæ alibi est soluta. Insuper

1. AUCTORITAS est ex l. p. q. 19. a. 7. ad 2. RESPONDETUR. Illo loco agere S. Thom. de prædictione effectuum necessariorum, qui videri & prædici possunt in dispositione causarum; nam in exemplum adducit mortem Ezechiae, quæ debebat esse effectus necessarius; effectus autem liberi non videntur in suis causis. Et si locutus est aliquando Deus de futuro spectato in causis, quare non loqueretur de spectato in suppositione sui ad se? Solet etiam adduci Auct. ibid. ex q. 14. a. 13. sed contra nos non facit, quia concedimus futuris conditionatis proportionatam existentiam, hoc est, conditionatam, dicimusque in illa posse præsciri futura.

2. AUCTORITAS est ex l. p. q. 14. a. 8. ad 1. Sed RESPONDETUR. Illo loco S. Doctorem non plus velle, quam quod scientia non sit causa rerum independenter à voluntate Divina; sed nego hanc, debere esse prædeterminativam.

3. AUCTORITAS est. Quæ utuntur Salmanticenses ex q. 6. de ver. a. 3. ad 4. ubi S. Thom. docet: Futura quæ pendent à causis secundis liberis nosci à Deo per scientiam absolutam, & absolutum decretum, sine hoc, quod expectet ea, quæ sunt à causis secundis, ut ibi videat effectus

H

secutu-

secuturos secundum certitudinem conditionalem antecedentem. Ita hanc objectionem ex mente eorundem proponit Fulgenſis, illique reſpondet, quòd ſcilicet illo loco propoſuerit ſibi argumentum S. Tho. omnem ſcilicet certitudinem, quæ eſt cum ſuppoſitione alicujus non eſſe abſolutam, ſed conditionalem: ſicut non eſt certum abſolutè quòd ſol cauſet fructum in planta, ſi cauſet ſub hac conditione, ſi virtus generatiua in planta fuerit bene diſpoſita, conſequenterque certitudinem prædeſtinationis non eſſe abſolutam, ſed conditionalem tantum, ſi ſit cum præſuppoſitione cauſæ ſecundæ: Reſpondet autem S. Tho. & concedit, quòd ordo prædeſtinationis ſupponat voluntatem humanam; nihilominus habere abſolutam certitudinem; eò quòd cauſa ſecunda præſuppoſita, ad inducendum prædeſtinationis effectum, etiam ordini prædeſtinationis ſubjaceat. Quafi diceret, quamvis præſupponatur etiam creata libertas; quia tamen poteſt illam Deus ſeſtere efficaciter ſi voluerit, ſit, ut habeat de prædeſtinatione certitudinem abſolutam, ſicut ſol haberet de fructu, ſi poſſit plantæ vim generandi indere. Paulo aliâ methodo eadem difficultas ſolvitur, quòd ſcilicet prædeſtinationis certitudo non ſit conditionata, eſſet autem conditionata ſi penderet ab hac cauſali, ſi præparetur. Sed etiam per Nos certitudo prædeſtinationis eſt abſoluta: quia ex vi prædeſtinationis non ſequitur, hæc certitudo ſalvabitur, ſi præparabitur, ſed ſalvabitur quia præparabitur, ipſa prædeſtinatione, quæ eſt, præparatio mediorum.

SEQUITUR Papalis Auctoritas, Clem. VIII. qui apud Fulgenſem, d. 4. f. 4. n. 4. contra quendam Carmelitanum tuentem noſtram ſententiam (fuit iſ Bovius Regens ad S. Mariam trans Tyberim) ſic fertur argumentatus: Quæſivit Pontifex quid præſciret per illam ſcientiam Deus: Reſpondit Carmelitanus bonum uſum liberi arbitrii; Quærit ulterius Pontifex, vel præſcivit uſum liberi arbitrii, quem natura erat factura, vel quæ gratia? Si primum; Ergo eſt error Caſſiani; Si ſecundum; Ergo eſt id contra ſententiam Molinæ.

RESPONDETUR. Molinæ doctrina eſt, bonum illum uſum liberi arbitrii conditionatum, eſſe ex gratia, conditionatè danda.

AUCTORITATES aliquæ ſacræ Scripturæ ſolent etiam adduci; ſed illæ inferius attingentur: nunc urgent Salmant. illud Pauli 1. Cor. 4. *Quis enim te diſcernit?* nos autem diſcretionem noſtri à reprobis committimus libero arbitrio.

RESPONDETUR. Literalem ſenſum hunc eſſe, naſti eſtis meliores Catechiſantes, & quòd naſti ſitis meliores, non eſt opus veſtrum. Quid ergo ſuperbitis? Sed quia communiter hic locus accommodatur etiam ad diſcretionem per gratiam, ſic aliter ei ſatiſſat. Diſcretio per nos nec in ſtatu abſoluto nec in conditionato ſit contra ſcripturam. Non in poſteriori; quia pro illo nulla

ſit diſcretio; æque enim probi ac mali, prævidentur pro illo ſtatu malè & bene operaturi, & pro ſtatu etiam conditionato illam bonam operationem referimus in gratiam conditionatè dandam. Pro ſtatu etiam abſoluto, non ſit à nobis diſcretio per vires naturæ, ſed per collationem auxilii efficaciſ, & operationem ex vitibus illis elicitam, ita ut non ſolus Deus, nec ſolus ego, ſed gratia Dei mecum operetur.

DIFFICULTAS III.

Solutio Objectionum preſſius Theologicarum.

OBJICIT 1. Nazarius. Hæc ſcientia derogat univerſali & perfectiſſimæ providentiæ Dei: quia ſolum ponitur, ut præordinet Deus ac decernat creationem liberi arbitrii, nihil de conſequentibus actibus decernendo; ſed quoad illos ſe merè ſpectatorem, & approbatorem ſi boni ſint exhibendo.

RESPONDETUR. In Noſtris principiis ex præſuppoſitione ſcientiæ mediæ format Deus prædeſinitiones actionum, ergo apparet, quòd ad illas non habeat ſe tanquam merè ſpectator. Idem ſalvatur in principiis negantium prædeſinitiones: quia ſcilicet Deus tribuit vires ipſas agendi, hoc eſt auxilia gratiæ, ſeligit ex auxiliis potiùs efficaciæ, ratione cujus ſelectionis habet, ut ponatur actio, quam ipſe intendit: Et ſicut non eſſet ſolum ſpectator, qui luſtatori etiam robur daret, ita & in præſenti. Ad alia ſolvenda

NOTO. Quòd non ſit præcipuum in cauſa libera applicatio ad operationem, ſi nomine illius veniat prædeterminatio; quomodo enim eſt præcipuum in cauſa libera, quod deſtruit libertatem? concedimus autem applicationem perfectam à Deo ratione oblationis auxilii, excitationis per illuminationes, & alias gratias prævenientes, quæ ſunt in nobis ſine nobis, ſelectionemque auxiliorum eſſe præcipuam applicationem; quæ ipſa auxilia dicunt vim efficacem, licet non prædeterminantem.

OBJICIT 2. Alvarez d. 7. Poſitâ ejusmodi præſcientiæ antecedente decretum, videtur ſequi bonum uſum liberi arbitrii à conſtellatione aliqua cœleſti, vel complexione haberi; multisque inquit in quid illa determinatio ad bonum reduci poſſit? ſi non in gratiam prædeterminantem.

RESPONDETUR. Bonum uſum liberi arbitrii & determinationem non haberi à conſtellatione; ſed ab auxilio & à voluntate adjutâ & elevarâ; & quamvis cum tali auxilio maneat indeterminata antecedenter, eò quòd & ipſa voluntas, & auxilium ſit indifferens; non manet tamen indeterminata ex conſequenti, ſcilicet quia poſito auxilio efficaci, poſſet quidem non operari, inſallibiliter tamen ſit operatura. Quod autem